

mulus. pigtum pictum. quur cur. me-
dilla medela. minerba minerva. nubelis
nobilis. olli illi. vigibant vigeant. pellus
pelvis. fibi fivē. Et palmares calami erro-
res v.g. pallis, et paulus palus. jorebis im-
berbis. mobem mobens, movens. etc.

Cum scriptori conscribendo hoc libro
membrana deesset, collegit is undique quas-
que schedas et paginas, scriptas et non scriptas,
easque confuendo, aut a scriptura mundan-
do ad usum hunc adaptavit. Inde acci-
dit, ut novem codicum saeculo VII mayo-
rum folia, aut quaterniones uno hoc vo-
lumine adunati reperiantur, quorum
litterae exstinctae, et oblitteratae sunt,
et textus inaccessus, quem jam ab ali-
quot annis revocare, et reviviscere arti-
chemicae difficile non est. Eius ope
scripturas deletas, et jam resuscitatas
sequentia referre comperi:

1. Epistolas S. Leonis M. minuta Uncia-
li scriptas. pag. 1 usque 74. Et pag.
297 usque 349. Saeculi VI.